

spiritus perturbationem. Cum hæc omnia in Ethnici hominis vita inveniatur, secundum hæc Deus judicabit illum, quod contra legem naturæ, lumeneque rationis egerit. *Idem.*

Deus magni
judicii die
detegit quid
quid occul-
sum esse:

Deus ad providentiam suæ justificationem illa die lucis detegit, quidquid impius in tenebris se occultasse putabat. Ideo coram genibus omnibus omnem revelebat peccatoris turpitudinem, omnemque ejusdem ignominiam; obscena illa peccata, quorum pudere debuit peccatorem eadem pertranse, peccata, quorum si vel levis suspicio de se oborta fuisset; ille jam de se adum existimasset; peccata quæ neque amicorum suorum fidelissimo ausus fuisset confiteri; peccata, quæ illius nomini, atque existimationi officissent in mundo, & quorum exprobrationem ipsa morte sibi graviolem duxisset. Deus illa profertet in apricum: *Revelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam genibus nuditatem tuam. Nequaquam inquit ille, nequaquam averti faciem meam a peccatis tuis, & licet illa perhorreckerem, tamen intuitus sum, & ne eorundem obliviscerem, egræ scripti characteribus nunquam delendis in hoc vitæ, mortisque libro, quem hodie produco. Tot scæda turpia, & infamia, tot secretæ fraudes, tot nefariæ perfidæ, tot abominationes, atque flagitia, quibus conquinata est vita tua; hæc omnia nonne quodammodo condita, signataque sunt in thesauris indignationis meæ? Nonne condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? Hos autem ira thesaurorum aperiet Dominus, cum mundum judicaturus adveniet. *Idem Adventus secundo, Sermone de extremo judicio.**

Natum 3.

Deus 32.

Quid peccator
sociis solatio
nunc esse
possit exte-
rnam judi-
cium cogi-
tantur.

Ecce peccatores, qui me loquentem auditis, quid vobis in judicio Dei magis erit permissescendum; læsus Deus, qui sibi met ipsum contemnit, qui suam ulciscetur injuriam. Hoc terrorem justissimè etiam incussit. Caterum magno animo estote; & quantumvis peccatores estis, consolamini, etenim quocumque in statu sitis, certissima adhuc vobis supersit spes, videlicet penitentia. Amabilis penitentia, Sanctus Bernardus agebat, qua Dei ipsius judicium prævertere possunt. Ego vero dico, fideles; felix penitentia, qua Deum ulciscit. Deum lenire, Deo satisfacere possunt; ita ut cum ad me judicandum accederet, jam me sibi satisfecisse, me ultionem illius de me suscepisse cognoscat, neque ultra per vindictam exponere, ac sibi met satisfacere teneatur. Verum est, nos a Deo judicatum iri secundum judicium, quod nos ipsi de nobis in ipsa penitentia tulimus, ac nisi nobismet pepercimus, nequaquam futurum esse, ut nobis ille parcat. *Sibi parcat, ipse non parcat.* Sanctus Augustinus ait: Sed etiam ex regula profusus opposita sequitur, nisi mihi met ipsum pepercero, futurum ut mihi Dominus parcat; si auctera fuerit mea penitentia, tene futurum judicium illius; denique si in me iudicia usus fuero, illum in me sua gratia usurum. Quid autem amplius cupere possum? Eheu! Domine, indignus essem misericordia tua, si conditio hæc dura mihi videretur, vel potius nisi severissimum penitentiam genus supremam vitæ meæ felicitatem putarem. *Idem.*

Judicium Dei
in gratiam
justorum, &
predestina-

Hac in vita electi, quamvis electi a Deo, nulla re in mundo distinguuntur, neque in ipsis enis & ceteris aliquid, quod insignem Providentiæ erga ipsos favorem indiget. E contra vero prolium opposita ratione, quæ quidem mira est, & quam sibi tentationis, atque tumultus causam fuisse testatur, hac in vita electi, qui justus sunt, quin tales agnoscantur sape per mundi hujus nequiciam, male audiunt, & cum hypocritis permiscuntur. Hac in vita electi a Deo, qui sunt humiles, quin colantur, & in honore habeantur, sape irridentur, atque contemnantur. In hac vita electi, qui sunt pauperes, quin ullo recreantur solatio, sape repelluntur, & deseruntur. In hac vita electi, qui ut plurimum sunt imbecilliores, quin protegentur, obruuntur, atque opprimuntur. At hæc omnia longe abhorrent ab ea prædestinatione, qua Deus se illos prosequitur recepti. Verum est, Sanctus Chrysostomus ait; sed hoc ipsum illud est, quod probat veritatem, certitudinemque absolutam, atque inevitabilem extremi judicii necessitatem. Ad quid enim post sæculorum finem Dei Filius tanquam supremus Judex adveniet? Ut videret jus dicat electis suis hujus, quatuor in rebus. Veniet utique ulturus justos, veros videli-

cet justos, illos ab hypocritis separans, & efficiens, ut regnum hypocritis cesset. Veniet ulturus humiles, humilitatem in illis glorificans, & confundens superbos qui eandem contempserint. Veniet ulturus pauperes, qui propter divitum duntaxat in miseria, & squalore elanguerint; quorum tamen genitibus se affectum fuisse monstrabit. Veniet ulturus imbecillios, quos per summum nefas iniquitas, impotentia, & auctoritatis abusus oppresserit. *Idem.*

Deus mundi hujus legibus neglectis, secundum suas nos judicabit; nobis offendet veritatem, eamque profusus nudam, veritatem cum tota amantitudine, totoque pondere ipsius, veritatem cum suis omnibus, quæ nobis majorem morerem, doquo puniet poterunt asserere. Terribilis ad spectus, quo puniet molliorem hanc, vel dicam melius, turpem hanc imbecillitatem, qua eandem audire non poteramus cum nostram mortificaret superbiam, turpem hanc eludere conabamur, cum nostram turbaret tranquillitatem; pertinaciam, qua illam ignorare adflectabamus statimac in ea aliquid reperitur, quod nobis molestem accideret. Ad spectus, quo Deus crastino confundet errores, in quibus vitam traduximus, profundam nostrum met ipsorum oblivionem, in qua mendaciam, vel adulatio nos tenuit: *Existimasti inique, Psal. 50. quod ego tui similis, arguam te, & statuo contra faciem tuam. Idem sermone pro feria secunda post primam Quadragesimæ Dominicæ.*

Hac in vita Deus justitiam simul, & misericordiam exercet: Misericordia semper justitiam præcedit, & justitia nunquam sequenda est a misericordia. Sæpe misericordia sola operatur; sed justitia nullam habet actionem, quæ, ut facit Textus ait, misericordia non temperet: *Cum iratus fueris, misericordia recordaberis.* In ipso ire tuæ fervore, lenitatis tuæ tibi recordatio occurrit, & videris Deus esse misericordiam, quia ipsa etiam ira tuæ sæpe peccatoribus maxima est misericordia. Ita nunc ille agere conatur; sed in extremo judicio puram exercit justitiam eadem forme ratione, quæ illam contra infissimos inimicos exercemus. Cum de inimico agitur, nonnunquam aquitatem, sed æquitatem nulla bonitate lenitam iactamus. Fides vero nos docet, nos similiter a Deo judicandos; & quod in nobis factitia est, & in Deo sanctitas erit; & gloria ejusdem erit: *Judicium abique misericordia. Idem.*

Sciendum est (auditores) extremum judicium adeo terribile nequaquam futurum propter ea, quæ primo statim audita mentem nostram percellunt. Solem eclipsis laborare, ac tenebris tegi; cruentas maculas solis offundi; stellis de Cælo decidere; terram ex ipsis usque divisallam fundamētis quat, montes horribili cum fragore collidi; pelagus exundare, atque ad nubes usque suos fluctus attollere; fulgura, & fulmina undequaque erumpere; ignem magnis turbibus accentum in quatuor terrarum plagis quasi continens parere incendium; funebres audire clamores, consolosque hominum, brutorumque ululatus, hæc sans terrorem in eorum etiam animos possunt incutere, qui imperterriti sunt; verum enim vero illos tantum, qui adhuc inter vivos degent, horribilis hujus spectaculi ad spectus poterit perterre. Vos probabiliter, & ego in eorum numero non recensebimur; & licet ita etiam per summam infelicitatem recensemur, mea quidem sententia multo magis nobis trepidandum esset propter judicium, quam propter signa, quæ illud ludi præcessura. Aliquid alterius dicam: Judicis potentia, atque majestas nobis timenda non erit; immo neque severitas, & rigor ejusdem nobis metuendus. Quid ergo in judicio hoc formidemus? Dicenti, puto, vix adhibebit fides, Salvatoris bonitas ipsa, & misericordia: titulus, & qualitas filii hominis, quem eidem tribuit Evangelium. Utique bonitas illa, qua efficit ut ad nostras usque miserias descendere; quæ illum impulit ut suam requiem, honorem, vitamque ipsam amori nostro posthaberet, quæ illum omnibus rebus exiit, ut nos locupletaret; hæc æquissimam nobis præbet trepidandam causam in judiciorum ejus timore. Hoc dicenti audite Bernardum: *Et scires quanta distractio succedit, tanta illa mansuetudo prævenit. Ex mansuetudo sermone.*

Cum iratus fueris, misericordia recordaberis, inquit Habacuc Propheta. Scio equidem communem

Deus ego
judicabit
secundum
veritatem.

De justitia
Dei sine
misericordia
contra
reprobos in
extremo ju-
dicio.

Quod inter-
extremo ju-
cio magis
terreere debet.

Sermo 2. 10
Epiphon.
Quantum
misericors
fuit Salva-
tor, tantum
inexorabilis
erit.

Hæc 31.

Extremum
Judicium
memorandum
est.

Psalm. 126.

Confessio
qua peccato-
res sua fac-
tuntur fec-
lera postquam
Deus illa ex-
terno in ju-
dicio mani-
festaverit.

nem horum verborum sensum esse, Deum severissimis justitiæ supplicitis semper aliquod misericordiam remittit vestigiis; sed hæc alia est eorumdem verborum explicatio, quæ innuit, misericordia Dei nonnunquam ejusdem severi justitiam, & huic novas suggerit causas indignationis; Cum iratus fueris, misericordia recordaberis. Utiq; in inexorabilis hic Judex recordabitur, se amantissimum, & clementissimum fuisse Patrem. Rex hic in sua majestate adeo terribilis meminere se fratrem nostrum, amicum, patronum, advocatum fuisse; repetet memoria quidquid pro nobis operatus, & passus est; videbit crucem suam, sua respiciet vulnera, omnia coram se jubebit afferri suæ Passionis instrumenta, omnia suæ patientiæ, & charitatis indicia; sed ut hoc intuitu sentiam magis ad furorem, & vindictam exacuat. Quemadmodum nullum unquam fuit amor major, integrior, liberalior, effusior eo, quo nos est prosequutus, ita neque ulla erit ira, indignatio, vindicta, quæ illius vindictam exæquet. *Sicut benignitas apparuit ultra omnem spem, ultra omnem expectationem, similem expectare debemus judicii distributionem. Idem.*

Quinam esse sensus vestri, auditores? Nonne verum est horribile esse incidere in manus ejus, qui Deus ultionum vult appellari? Adhuc post hæc dicemus illum bonum esse, & patiemur nos falli teneraria in misericordiam illius confidentia? Illumne semper offendemus sperantes futurum, ut nobis parcat? Quid nobis erit metuendum, nisi judicium Dei metuentium? Udenam oritur, infelix peccator, hæc tua in sceleribus pertinetia, atque securitas? Credine te aliquando ad formidabile hoc tribunal esse rapiendum? Si credis, quomodo non contremisces? Heu! sæpe Dominico dicamus cum David: *Confite timore tuo carnes meas, & judicium tuum tuis timui.* Ne nobismet aulemur, Propheta, atque Apostoli longe erant sanctissimi, Hilarionis, Basilii, Antonii, Hieronymi pares saltem ac nos causas habebant sperandi se in prædestinationum albo fuisse descriptos; attem terribilis diei hujus memoria semper illis terrorem incubabat. *Idem.*

Væ nobis, quia peccavimus. tunc dicent peccatores, postquam palam Deus illos de sceleribus eorum redarguerit, eaque toti humano generi cognoscenda præbuerit. Inviti dummodo dicent, attamen dicent, peccavimus. Hoc dicet nobilis ille vir, qui leges omnes impune affernebatur; qui sua intemescens auctoritate, omnia sibi fas esse putabat, quæ omnia poterat facere; qui tanto cum imperio reliquos homines sub pedibus suis conculcabat, & in illos tyrannicam dominationem exercebat, hoc agnosceret, & confitebitur. Mea abusus sum, inquit, auctoritate; huic omnia posthabui, æquitatem, innocentiam, Deum, ipsamque salutem. Pauperes, quos oppressi, & famuli, quos sub gravissimo servitutis iugo continui; & quos etiam pacta mercede frustratus sum; Populi, provinciæ, quibus vastitatem attuli, vos ulciscetur abunde sententiam, quam supremus Judex in me laturus est, at jam satis uli etis eo ad spectu, quo omnes video meas iniquitates: *Væ nobis, quia peccavimus.* Mulier hæc dicet; alios & me ipsam fecelli. Pudicus oris habitus, inanis erat ostentatio. Quis nunquam cogitasset, sed adægregia specie quoniam adeo turpia latere, mores meos adeo nefarios esse, cum exterior facies belle esset composita; me occasione, & colloquia conquassasse, ac nullum me in officio frantum continere potuisse statimac vulgi os, oculosque me fallere posse putabam? Quis, inquam, cogitasset? Hoc tamen verissimum est, & dissimulare non possum. *Væ nobis, quia peccavimus.* Hoc improbus inquit, hoc ulror, hoc maledicus, hoc improbus tantum; Noluitus Dei vocem audire, nostras tantum ideas, stultia, desens, suspiciones, licentiam secuti sumus, deliquimus. *Væ nobis, quia peccavimus.* P. Giroux Sermone primo Adventus.

O dies ruboris, & confusionis, quo cordium secreta revelabuntur, & aperientur! Si peccatum, quod tanta cura celo, & quod neque in ipso penitentiam tribunali detegere volui, aliquibus tantum perfectum esset, atque exploratum, parum est dicere, erubescerem; me dolor occideret. Quis autem erit, cum in mortalium omnium oculis apparebit? O dies doloris, & penitentiam, *Henry Bibl. Tom. II.*

qua reprobos fiet sui ipsius accusator, ac sibi met suam irrogabit sententiam! Crudelis est desperatio contra seipsum in sua infelicitate converti, semet propriis manibus dilaniare, sibi que mortis vulnus inferre, quod esset maxime propulsandum. O dies furoris, & indignationis, qua Dei justitia magnis fluctibus sese in peccatores effundet, qua super omnes brachium suum aggravabit, qua sine ulla acceptione judicabit, & sine ulla misericordia percuet! Judicium necessarium, & inevitabile! Judicium æternum! Hoc, o Deus, me turbat, hoc me confundit. *Idem.*

At peccator seipsum accusabit; non ut gratiam obtineat. Si adhuc nuncupaverit vota, ut divinus effugiat justitiam; hoc ille præstitit montes invocans, & millies desiderans illos opprimi lapsu: *Montes cadite super nos: mortem desiderans non eam, qua anima separatur a corpore; sed omnimodam utriusque annihilationem: Desiderabunt mortem. Vota inutilia! Quæ tandem spes ejus erit? Propria damnatus conscientia irrevocabilem sui judicis sententiam præstabit, ut sese malorum in omnium abyssum præcipitem tradat. *Ubi in supplicium æternum. Idem.**

Non Ninivite solum contra nos magna illa iudicii die insurgent; alii etiam Ethnici nostri Judices erunt, sed Judices severi, quia eorum exemplum nullum nobis colorem, nullumque pretextum relinquet. Dicent illi, desuisse sibi ea lumina, quibus donati non fuimus, & le nobis nihilominus fuisse sapientiores; se neque legem habuisse, neque Prophetas, neque miracula, neque exempla, neque Evangelium, neque Sacramenta, ac vitam magis frugi duxisse, quam nos, qui tot gratis cumulati fuimus, & qui per summum nefas iidem sumus abuti. *Quæ consilio hoc pacto ab infelicibus judicari, & condemnari! Ad quid ergo proderit nobis caratèr Baptistini, nomenque Christiani quod gestimus? Utcinque erit, o Deus fractus Incarnationis, passionis, mortisque tuæ, tot miraculorum, & Sacramentorum, tot prædicationum, & exemplorum; posthæc nocentes, neque istosque ipsis nominis tui inimicis videri? *P. Novet in Meditationibus.**

Supremus Judex longe dissimilis est a terræ hujus iudicibus exteriori potestate habentibus, qui extimum quidem notant corticem, sed intra medullam nequeunt inspicere. Infirmitatis hominis illum in ipsum usque tribunal sequuntur, ubi majori opus est constantia, semperque seduci possent per illa omnia, quæ mentem illius perstringunt, & corrumpunt cor ejus postent; atque jus in manibus iudicem terræ, qui majori præ cæteris lumine pollent, magis semper est in discrimine, quia lumina eorum intra exiguis fane sine quibus continetur. Vobis autem res erit cum Deo, qui perispicissimus est Judex, quam nihil fallere potest, & qui ad unguem callet averte peritit a sceleribus vestris, & prohibere, ne omnem eorum persequatur enormitatem. *P. Massillon, Sermone de extremo judicio.*

Statim quidem peccator videbit detecta peccata omnia, quæ neque ipsius Confessarii auribus committere audebat: Illic detegentur affectus, qui tantum hominum oculos fefellerunt; sed crimina quæ hominum cognitionem fugerunt, sed quæ aperta erunt in die illa, qua *Nihil est opertum, quod non revelabitur; & occultum quod non scietur.* Non erit tunc amplius tempus sub externa sapientia specie corruptum, & nefarium animum abscondendi; tamquam accommodatam pietatem id, quod irreligio meta est, venditandi; tanquam morum festivitatem, id quod mera licentia est, traducendi; & solatium, vel animi relaxationem vocandi quod facinat sensus, animosque corruptit. Nunc licet sol constitutus sit, ut nota fiant per illum quæcumque in universo terrarum orbe contingunt, possunt nihilominus pleræque actiones improbe in tenebris contineri; & quot etiam quotidie fulgentibus ejusdem radiis subtrahuntur? Sed tunc omnia auferentur velamina, omnes tenebre dissipabuntur, omnia in lucem afferentur, & in creaturarum omnium faciem proferentur. *Idem.*

Esto quidem, si sperare possit peccator, anti-quari posse terribilem illam sententiam, quæ tunc contra se ferretur; aliquid invenire possit solatium, sed ut illius infelicitati amplius accedat, sententiam. *Idem.*

Peccator
nulla spes
habebit in
misericordia
Dei.

Apocal. 9.

Matth. 25.
Ethnici in
nos insur-
gentes ex-
tra muros
judicii
die.

Supremus
Judex
longe
dissimilis
est a terræ
hujus iudi-
cibus exter-
iori potestate
habentibus,
qui extimum
quidem notant
corticem, sed
intra medul-
lam nequeunt
inspicere.

Peccata
omnia die
illa mani-
festabuntur.

Matth. 12.

Sententia
quam Judex
in reprobos
profert, est
irrevocabilis.

tia hæc irrevocabilis erit, & ab hoc judicio provocari non poterit. Hoc discrimen intercedit inter Dei, hominumque judicia, infirmitates nostræ tantæ sunt, ut sæpe vel per negligentiam, vel per ignorantiam nequaquam intelligamus jus illud, cui innixi illas pronunciamus, & sæpe etiam invenit, ut latæ a nobis sententia reformanda sint, & corrigendæ. Cæterum humanarum sententiarum inconstantia, atque varietas efficit, ut reus primo etiam damnatus judicio aliquod adhuc misericordiam speret auxilium, & in alio iudice eam se naturnum putat indulgentiam, quam non invenit in alio. Verum Deus non aliam iudiciorum suorum regulam agnoscens, nisi firmam, constantemque suam voluntatem, neque supra se aliquem habens, qui a se lata judicia reformare, vel corrigere valeat, quidquid in extremo profertur judicio, irrevocabile erit, & tamquam evitandum: Non est, qui possit tuæ resistere voluntati, aiebat olim pia Ethër. Ideo nobis admittendum est, ut satisfaciamus iudici, cuius sententia adeo terribilis futura est, & irrevocabilis sententia. Idem.

Ethër 23.

Præterquamquod peccator in extremo judicio omni excusatione carebit, omni etiam carebit auxilio. Sese ille quidem ad omnes, qui circumdarentur, converteret, sed curæ, conatibusque omnes irriti erunt, & inutilis, quidquid prope illum erit, tantum aberit, quod eidem ferat opem, ut magis etiam eundem sit oppressurum. Crux Salutaris humani generis salutem consecrata, tu qui facta es spes, & consolatio nostra, tu ipsa misericordiam deperationem angebis. Utrique; remissionem illi pretiosi Sanguinis, quo propter amorem eorum imbuta fuit, & quem prævaricationibus suis conculcarunt; omnia illis ingrati tudinem, ingnavitatem ipsorum exprobrabant. Hæc divina manus afixæ cruci eorum pœnora, concussiones, & fors redarguent; hi pedes clavos confossi eorum gressus in malum, cursumque ad spectacula, prophanosque locos illis obrudent; crucentium eos obsecratos eorum sermones objiciet; caput denique spiritus coronatum eorum incredulitatem, atque molliem confundet; atque ita suum inventum supplicium in eo, quod suam efficiere poterat felicitatem; ac desperationem in eo, quod solum erat legitimum spei suavissimæ objectum. Idem.

Quocumque le vertat peccator, nihil inveniet, quod non illi terrorem incutiat. Verumest, Scripturas asserere, illum nullam natum opem in creaturis animalis, quæ circum eundem aderunt, ad inanimatas sese converterunt; earumque auxilium implorat. Montes, clamabit ille, nos conterite, colles cadite super nos, atque gravissimum huic malo, quo premimur, nos auferte! Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos; & collibus: Operite nos. Denique mortem vocabit, at mors vocibus ejus obdurescet. Quæ mutatio, Fideles! & hæc mutatio terribilis nonne ostendere debet omnem peccatorem in die illa calamitatem? Homo, qui mortem semper tamquam monstrum respexerat, cuius vel sola cogitatio terrorem dicit, extremi iudicii die illam non timebit amplius; e contra concupiscet illum, invocabit, & tamquam bonorum omnium, quæ sibi accidere possunt, maximum existimabit id, quod tamquam malorum omnium gravissimum semper esse putaverat. Idem P. Maillon.

Angeli, homines, cælum, atque terra contremiscite expectantes terribilem sententiam a Deo in reprobos profertendam: Disscedite maledicti in ignem æternum. Disscedite; nullus ultra pro vobis Deus est; maledicti, nulla vobis ultra speranda felicitas est: in ignem. Iam decretum est supplicium vestrum: æternum, nullum vobis reliquum esse unquam potest solatum. Disscedite a me, quæ sententia! maledicti, quæ desolatio! in ignem, quod supplicium! æternum, quæ desolutio! Disscedite a me. Proh Deus, non igitur amplius te peccator videbit! Maledicti, ille igitur semper erit tuæ indignationis objectum? in ignem; ecce iam suppliciorum omnium crudelissimum traditur iterum; nihil ergo iterum team lenire unquam poterit! Idem.

Hæu! Dies iræ, & indignationis, quam horribilia nobis spectacula objicies, cum sole eclipsi laborante, syderibus luce carentibus, luna cruore suffusa, mari fluctuum suorum furore irritato, Cælis fulque deque subversis, unus tantum super-

Sententia a iudice in reprobos profertenda. Math. 25.

Quam terribilis erit iudicii dies.

erit homo in conspectu iudicis sui? Quam terribilis est futurus, hæc de te canit Ecclesiæ! Ad tale spectaculum quis pavor erit, quis terror! Sed quanto pavoris accessio fiet, cum videbit peccator se ab inferis excitatum, ut omnies cogitationes, desideria, actiones, & excusationes suæ ad examen vocentur! Mors superbit, & natura, ipsa quoque mors terrore percussa obitupescet, nec sine fremitu accedere poterit ad Domini, Deique sui tribunal. Iuste iudex ultionis domum fac remissionis: Novimus, Domine, te æquissimum esse iudicem, ac non pati quidquam impune abire, ubi de tua agitur gloria; sed hæc una consideratio misericordie tue aliquam adhuc spem nobis reliquam facit: ideoque speramus adhuc te nostri esse misereturum. Ingemisio tamquam reus, culpa rubet vultus meus: Scio me reum esse, ideoque ad pedes tuos provolutus lacrymas fundo; confusus sum, & facies propter scelera mea rubore suffunditur; sed quamquam per me nequam obtinere misericordiam, spero adhuc tamen fore ut bonitas tua illam mihi elargiatur. Idem.

Si rite, serioque cogitare vellemus horribiles hæcæ extremi iudicii circumstantias, quid non efficeremus in hac vita, omnem illius horrorem evitari? In nobis vitum est iustitiam ultionum cursum inhibere penitentia, & gemitis nostris; contritio nostra potest adhuc utilis, & salutaris esse, donec in hac lacrymarum valle versaueris; sed cum erimus coram iudice nostro ad terribile ejus Tribunal, extremam audituri sententiam, heu, nulla nobis spes erit reliqua? Maturato igitur ea, quæ impendent, mala prævertere contendamus. Idem.

Domine, aiebat David, confite timore tuo carnes meas, a iudicis enim tuis timeo. Timeamus ergo, quandoquidem timeendi tot nobis suppetunt argumenta. Hoc in mundo hominum iudicia timeamus, & veremur, ne forte male apud illos audiamus, ad videamus, utrum magis metuendum sit iudicium Dei, qui adeo potens est, adeoque in nos irritatus. Idem.

Propheta Nathan dixit David: Tu fecisti abscondite: Ego autem faciam verbum illud in conspectu omnis Israël. & in conspectu Solis. Ecce, quid acciderit, Auditores, id ultionum Domini; tu cupiditatis tue illicet fecurus es, quacumque ratione per fas, & nefas didicere festinans, avaro dicit; Tu fecisti abscondite. Tu inania desideria tua in ipsa elatione pavisti, ambitio dicit; tu tibi metum placidisti, & exigua merita ostentasti, tu nihil intentatum reliquisti, dolos omnes adhibuisti ut perdes inimicum, ut competitorum de ponte deiceretur eandem, ac tu; ambientem digogitavit: Tu fecisti abscondite, dicit ambitio; sed ego genibus omnibus revelabo, quod aeternæ oblivionis caligine obrutum iri putas: Ego autem faciam verbum illud in conspectu omnis Israël, & in conspectu Solis. Idem.

Ergone fieri poterit, ut Filii Dei præsentia hominibus terrorem incutiat? Quid? quod Martyribus rotas inter & aculeos solatio fuit, quod Sanctos Pœnitentes in desertis confirmavit, quod Beatorum felicitatem constituivit? Ostende faciem tuam, & salvi erimus? Adorabili Jesu Christi præsentia quo magis Sanctorum felicitatem, eo magis peccatorum felicitatem continebit. Quis stultus ad videndum eum? Heu perterritus exclamat Propheta, quinam ultoris Dei aspectum poterit sustinere? Effat de Sermone.

Magna autem hæc die, quam Scriptura diem iræ, atque ultionum Domini appellat, præ cæteris metuendum erit, quod Dei misericordia, & amor, quo Salvalor homines profecutus est, non solum erunt potissima causa, verum etiam iustissima irarum, & ultionum ejus mensura. Etenim heu! quousque hæc evadet mensura! Tantum oderit, quantum amavit; at quo usque iustis erga peccatores amor procedit? illos amavit plusquam bona sua, requiem suam, vitam denique suam, quandoquidem non indignatus est hæc omnia a mori ejusdem polihabere; poteratne indignus amor ejusdem procedere? Huc usque procedet & odium. Quousque illius beneficia evalerunt, eo usque & ultio deserviet. Proh terribilem, sed iustam mensuram! P. Nepveu Tomo 4. Christianorum Considerationum.

Non satis erat ergo amor Dei, Sanctus Augustinus aiebat, ut peccatum evitaretur? Opulente erat ut ad deterrandos Fideles minæ gravissimæ adhi-

Quid conatibus sit Christiana extremam cogitant iudicium.

A Deo peccandus est iudicium eius timor. Psalms 113.

Revelabit Deus in facie mundi totius, quicquid in secreto fecerit parati.

Dei Filius quo magis erga homines misericors fuit, eo magis iratus erit in hoc iudicio.

Judicii estatio esse debent peccatorum evitatio.

adhiberent? Timor in adiutorium amoris excitandus fuit. Salmem si metus id ageret, quod a mori esset agendum, minus dolendum esset; illud vero maxime defendendum est, quod hodierna die eoque omnem fere semum amissimus, ut non timore magis, quam Dei amore moveamur, & quæ maxime terribilia sunt, nihil fere corda nostra permovereant; hoc tamen facere aggreditor extremi iudicii vobis proponens imaginem &c. Esais de Sermone.

Secundum Christianæ Religionis legem iudicabimur.

Præter legem naturalem, quæ mihi cum infidelibus communis est, lex erit Christiana, secundum quam iudicabor; Christiana lex adeo inviolabilis in veritatibus suis, adeo pura in morum disciplina, adeo severa, & sancta in præceptis; reprobis & laxationis adeo inimica, affectibus meis, amorique proprio adeo contraria; pravo vivendi genere adeo conquinata; lex hæc me iudicabit; ad hujus adeo sanctæ Religionis trutinam totius vitæ meæ ratio appendetur. Frustra tamquam excusare conabor; illa sese totam oculis meis explicabit: ecce quid tibi sciendum erat; nunc quid fecisti? Ecce, quid pollicitus fueras, nunc quid præstitisti? Frustra ad illos provocabo iudicis: illa supra erunt, & decretoria; ad illam me remittet Deus; neque secundum alia principia iudicabor. Ius Tomo 2. Propositio 10.

Deus in hoc iudicio puniet quod humana iustitia vel ignoravit, vel impune reliquit.

Humana iustitia Tribunal est a Deo ipso constitutum tamquam iustitiae suæ supplementum; omissis potestas a Deo est; hic illam communicat hominibus, ut hi primi sint vindices injuriarum ejus; Verum bona fide fateamur; quam lenta est hæc humana iustitia, quam ignava, & sæpe etiam quæ sua studens utilitati, vel potius eorum, quæ aguntur, ignara? Modo imbecillis Magistratus ignavia vitium vel probat, vel tolerat; modo cupiditas, aut favor illud vel dissimulat, vel imminuit; sæpe oratorum facundia illud coloribus inficit; nonnumquam hypocritis illud abscondit. Interim scelus abic impune, celestisque triumphat; quamvis digito notetur ab hominibus; tamen traquillus gaudet fructus sceleris sui, & æque insultat & iis, quos per injustitiam miseris fecit, & iudicibus, quos delinatos argento fecit injustos. Vox tamen pauperis oppressi, innocentis lacellit, vidua desolatæ, pupilli ad mendicitationem redacti, sanguis Abel innocui homicidæ effusus dextera, direpta Provincia, atque ab avido usurpatore vexata geminus in Cælum ascendit. Verum si per christianam charitatem modo licet ultionem exposcere, vel si ita per summam tyrannidem premimur, ut ne conqueri quidem audeamus, tunc vox de iusti iudicis solio dilapsum iustitiam depocet: Iudicia illos Deus. Ulciscere nos, Domine, eam redde nobis iustitiam, quam in terris Iudices nobis reddere detestantur: Vindica sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. Vindica egenum hunc opificem, cui inaudit iniquitatis substantia, & sanguis ereptus fuit. Vindica miseram viduam, in quam omne publicorum onerum pondus declinat. Vindica puellam, quam barbari fratres de paterna credidit deturbant. Humana iustitia periculum hodierna die miseris omnibus terne interfulsum est, sed tunc omnibus ad iustitiam Dei patebit; liber tunc omnibus erit aditus; omnium gemens exaudientur, ac statim singulari perfecta reddetur iustitia. Sermo Manuscriptus.

Psalms 5.

Penitentia Tribunal est Tribunal iudicium a Domino constitutum, ut hominibus locus præberetur evitandi criminum suorum in extremo iudicio damnationem. Eorum, qui in secreto hoc iudicio remissa fuisse ne minimum quidem remanet vestigium; peccata omnia, quæ penitentia remisit, delentur, & in corde Dei, & in peccatoris conscientia; verum nisi dicere, proprie loquendo, extrema ea die nihil iudicandum fore ex iis, quæ in hoc Christianæ reconciliationis Tribunal remissa fuisse. Sed heu! quam rarum est omnia ad illud afferre. Instituti mei ratio non postulat, ut hoc in loc inveniar in eos, qui hoc Sacramento pollutum; vel in eos, qui rationes quædam committantur ad leniendum adeo salutem iudicium, quod ipsis nimis severum videtur. Uni tantum inherere considerationis, quæ ad meum pertinet argumentum, eos omnes, videlicet qui hoc misericordie Tribunal effugere conati sunt, extremi iudicii die inventuros, sed longe magis terribili ratione, quod evitare voluerunt

Dominici Magistris iudicium subire detestantes. Hoc autem in aliis quidem fuit pudor apertendi cor suum; in aliis vero timor nimis severum iudicem inveniendi. At novissima illa die nihil peccatori turpius erit, quam conscientia suæ manifestatio, & revelatio eorum, quæ in sacro Confessionis iudicio vel celata, vel dissimulata fuisse; hæc enim corda, quæ malus pudor concluserit, tunc palam aperientur. Vir perlegit in corde impudicæ conjugis turpia nequissima infidelitatis confilia. Mater in conscientia filii videbit noxias artes, quibus est usa ad illius vigilantiam fallendam, & omnia ejusdem occulta commercia cognoscat. Amicus in amici infidelis corde videbit &c. Nonne præstitisset sincera confessione sua aperire peccata atque vero dolore eorum quaque vestigia delere, ne viderentur extremo die, aliquin tunc omnibus hominibus detegenda? Sed timor obsistit, ne nimis diligens minister occurreret. Sed heu! quinam tunc iudex invenietur? Sapientissimi Parisiensis Episcopi sententia est, quemadmodum Sacerdos in hac vita irritati Dei vice fungitur, Pro Dei indignatione fungitur, ita Jesus Christum in extremo adventu Sacerdotis locum tenere, & si hic nimia usque fuerit indulgentia, illum traditam ab hoc absolutionem antiquatorem esse, & abrogaturum. Vice Sacerdotis fungitur. Idem.

Cum Dei Filius super nubes ad homines iudicandos descendet, ipse eadem forma apparebit, qua homines illum in terris viderunt. Hæc circumstantia iræ ejusdem terrorem nobis debet incutere. Homo hic, qui male habitus fuit, indignus, & contumeliosus affectus, per summam indignitatem, furoremque crucifixus, agnosceret ab illis, qui illum contumelios, & verberibus affecerunt. Postquam fuit creditatis eorum ludibrium, ecce illorum factus est iudex; quid ab illis ultione ipsis timeendum non erit? De illius divinitate dubitare non poterit, ideoque neque de ejusdem omnipotentia, & iustitia dubitent. Quæ consilio: quæ desperatio! Illis subeundum esse iudicium Dei, quem tamquam terræ vermem, tamquam sceleratum misericordia, immo etiam luce indignissimum contempserunt. Messias hic, cuius nomen blasphematis, doctrinam detestati estis, sanguinem effuditis, qui improbitatis invidiam vestræ, & irreconciliables odii obiectum fuit; in quem crudelis iniquitas vestra devastavit, ultionem parat; iam ultionis tempus advenit. Olim adeo patientis, ut vestras ferret calumnias, atque tormenta, quibus illum damnatis, namjam iustam indignationem suam evomere. Olim adeo infirmus, ut militum, carnicumque non adfaretur insultibus, namjam suas vires, suumque robor ostendet. Olim mutus, qui contumeliosis questionibus, nefariisque clamoribus responderet, illum audieris tamquam summum fortis vestræ arbitrium differrentem. Si patitur terror, ut oculos aperietis, illum respicite: hic idem ille est Jesus Christus, quem inter latrones positum tarpissima cruci affixistis; iam vos e sepulchris eduxit, iam ad suum tribunal coegit: quam misericordiam sperate potestis a iudice, qui de hostium suorum lato disceptaturus est, & qui iustitiae throrum ascendit, qualis eorum vestris Tribunalibus terit? Quandoquidem agnoscit vultus peccatoribus, a quibus indignissime lesus fuit, illis proclibubio parceret non vult. Heu quot iniquitatum, dolorum, contumeliarum, crudelitatum ultio ab illo repetenda est? Liber cui stultus: Remarques sur divers sujets de Religion, & de morale. Usi agit de extremo iudicio in tomo tertio.

Dei Filius homines iudicans tantum severus erit, quantum vult lenis, cum ab hominibus iudicaretur. Tacuit ille, cum prodire debuit tamquam reus; quippe venerat, ut pateretur, loqueretur, quando apparuit, ut iudex, quia venit de aeterna sorte nostra decreturus. Eius erga inimicos iustitia æquabit, ne quid terribilis dicam, inimicorum erga ipsum in iustitiam. Quis fidei fingere potest scelus æque atrox, ac Judæorum? Quis tibi fingere iudicium æque terribile, ac Jesu Christi? Siluit ille coram persecutoribus suis, ut tamquam Dominus ad persecutores suos loqueretur; a iudicibus suis damnatus fuit, ut vicissim iudicis suos condemnaret, a tormentis probis, verberibusque affectus fuit, ut ipse quoque illos æternam damnaret supplicio. Hoc erat: ejus consilium

Dei Filius iudicis die eadem forma apparebit, qua in terris videri solent.

Dei Filius in hoc iudicio tantum severus erit, quantum iustitiam fecerit in terra.

ne, ac dolore obstrueretur, quod adeo ingrata tantis beneficiis extiterit. Itaque docet Sanctus Mattheus, statim ac in seculorum sine Crux in nube lucida apparuerit, undeque audiendus esse gemitus, clamores, suspiria, ululatus, ac omnibus terrarum nationibus sublatis. *Parabit signum Filii hominis in Cælo, & tunc plangent omnes tribus terrarum.* Cur hoc? quia videbunt, quousque Divinæ justitiæ severitas in Dei Filium evalerit; & quæ inde illos maneat supplicia, *Idem.*

Cogitatio quod scelerata illi quando faciem suam in officio debet continere.
Si nullum in altera vita expectandum esset iudicium; fortasse speraret aliquis silentio, atque dissimulatione hominum existimationem se præripere posse, & peccati sui obiecto oblectari. Veni, diceret impudicus infelici mulierculæ, meæ libidini indulge, nemo nos videt, quod infames illi senes olim Sulanæ dixerunt, pergamus in agrum diceret aliquis ultionem anhelans, ut olim Abel Cain; omnes sua scelera abiconderent, atque dissimularent. Sed o iuste viventium, atque mortuorum Judex! finebla hæc solatia hominibus abfultisti, & deteges hujusmodi hypocritarum severitate, ac rigore examinis in iudicio novissimo habendi. Omnes tunc aperientur libri, & omnia coram Deo manifestabuntur! Omnes nos manifestabit oportet ante tribunal Christi. *Joly Tomo secundo Propositio IV.*

Lumen, quod tunc Dei Filius effundet, varietatem, mensuram, & scelera omnium enormitatem ostendet. Malum omne, quod factum fuit; malum omne, quod fieri voluit, malum omne, quod ab aliis fieri passus sumus; bonum omne, quod factum non fuit; bonum omne, quod perperam factum fuit; omnes denique humani cordis sinus, & latebræ apparebunt, & nihil terribilius iudicis oculos fugiet. Cor hominis abyssus est, Sapiens ait; ibi non nisi caligo, atque tenebræ sunt; læxcenti ibi recessus inveniuntur peccatorum perfugia; quilibet cordis hujus sinus vitii aliquid latibulum est; opus est, ut Deus ipse, qui ante primæ abyssi tenebras dissipavit, recentis quoque hujus abyssi tenebras dissipet. *Abbyssum, & cor hominis investigavit.* Veniet dies, quo omnem hanc excutiet caliginem, omnes sinus hos explicabit, ac quidquid ibi latet, proferet in lucem. *In Collectionibus Abbatis de Breteville.*

Quantumvis omnes industria nervos homo contenderit, ut suam vitæ rationem in hominum oculis abiconderet, Deus tamen semper ejusdem fuit testis; & hic Deus, qui ejusdem quoque Judex est, eam omnibus hominibus palam aperiet; omneque, secretissimas etiam, intentiones, necnon levissimas circumstantias proluxa enumeratione, in qua nihil prætermittitur, manifestabit. Tunc agnoscentur falli Christiani, qui seipso nequaquam mortificant, nisi ut melius aliquam voluptatem percipiant, vel ut penam aliquam vitent. Tunc detegetur nefarii hominis perfidia, qui contra sanctissimas naturæ, atque conscientie leges, rei suæ optimos amicos, devotissimos sibi consanguineos, & quidquid in terris sacraus est, possibit. Explicabuntur omnes ambages callidi hominis, qui externam humilitatis speciem mutat, ut se ipsum attollat, & evehat. Videbuntur perditiones, & abominations, quæ homines fecellerunt; & quedam veluti fiet cordium omnium anatome: *Manifestabit consilia cordium;* & sub integumento sistet generositatis mendaciam amatorum, falsæ probitatis hypocritarum, simularæ moderations sapientum saculi tetra detegetur perfidia, deservibilis impietas, furor & ultio diabolica. Opprobrium, & confusio neque ipsa aternitate delenda. *Opprobrium sempiternum,* ait Propheta. *Pater Doceat in libro, cui titulus: Mandata a se ipso damnata.*

Quæcumque necessitas nos ad universale iudicium compellat, nostrum tamen est efficere ne pro nobis iudicium hoc fiat: *Si nosmetipsos dissimulaverimus, Sanctus Paulus ait, non utique judicemur,* videlicet si bona fide nosmet vellemus excutere secundum exigua illa, quæ nobis suppetunt lumina ac insonant clamulorum accusare, & pro scelerum nostrorum magnitudine, vel potius pro magnitudine contritionis nostræ in nosmetipsos animadvertere, hanc scelerum nostrorum manifestationem, hanc diligetissimam perquisitionem, qua Deus minimas etiam cogitationes nostras in lucem proferet, evitarem; nosmet tueretur ad ira iudicis, qui nullam habebit rationem

Humanum cor, Auditores, & probe notis, & Scriptura testatur, profundus est Oceanus, impenetrabilis habens voragine, & abyssos; abicondita habet monstra, quæ super aquarum faciem non videntur. Proh Deus! quæ sunt in hoc pelago, quæ ignorantur! Sed extremo iudicii die, cum cordium nostrorum secreta in lucem afferentur, crederetisne, Sanctus Joannes inquit, Oceanum

Quid vobis proderunt artes, quibus utimini, ut fucio quodam injustitiis vestras liniatis, hæ tenebræ, quas conqueritis, ut in vestris impudicitiis volutemini; hæ solitudines ubi a semine videri putatis? Omnia in apricum, omnia in lucem profertur; quod confessorio vestro aperite non audietis, & quod vobismetipsos dicere, vos pudet; non solum Judex vobis ob oculos statuet, verum etiam omnibus hominibus videndum proponet. Quæ tunc erit confusio vestra, quæ pudor! De la Volpiere, Sermon de iudicio.

hunc adeo profundum, atque impenetrabile factum iri tanquam mare vitreum simile crystallo. *In conspectu sedis tanquam mare vitreum simile crystallo.* Ecce quid erit cor hominis, mare crystallo simile; nihil ibi latebit, omnia videbuntur; & quidquid secretissimum erit in corde, uno tantum intuitu cognoscetur. *P. Terrier Sermon de iudicio, pro feria secunda post primam Quadragesimæ Dominicam.*

Quidnam efficere debet, ut hoc iudicium timeamus? Si dixerò, nobis terrorem incutere debere bonitatem, & benignitatem, quam Salvator in terris ostendit, ejusque misericordiam, & lenitatem; hunc titulum, & qualitatem Filii hominis, quoniam eidem tribuit Evangelium; tunc videbuntur *Filium hominis*; credetis? Utique; bonitas illa, quæ ipsum ad nostras ulque infirmitates, atque miseria demisit, quæ illum impulsit, ut cum gloria suæ, propriæ vitæ detrimentum nos amaret, quæ illum rebus omnibus exiit, ut nos locupletaret; hæc nobis iustissimam præbet trepidandi rationem in iudicium ejus timore. Hæc autem non mea est, sed Sancti Bernardi sententia: *Ut scire, quanta districts succedit, tanta illa mansuetudo prævenit, ex magnitudine indignitate magnitudinem ultionis attendit.* *Sermo Manuscriptus.*

Lumen, quod tunc Dei Filius effundet, varietatem, mensuram, & scelera omnium enormitatem ostendet. Malum omne, quod factum fuit; malum omne, quod fieri voluit, malum omne, quod ab aliis fieri passus sumus; bonum omne, quod factum non fuit; bonum omne, quod perperam factum fuit; omnes denique humani cordis sinus, & latebræ apparebunt, & nihil terribilius iudicis oculos fugiet. Cor hominis abyssus est, Sapiens ait; ibi non nisi caligo, atque tenebræ sunt; læxcenti ibi recessus inveniuntur peccatorum perfugia; quilibet cordis hujus sinus vitii aliquid latibulum est; opus est, ut Deus ipse, qui ante primæ abyssi tenebras dissipavit, recentis quoque hujus abyssi tenebras dissipet. *Abbyssum, & cor hominis investigavit.* Veniet dies, quo omnem hanc excutiet caliginem, omnes sinus hos explicabit, ac quidquid ibi latet, proferet in lucem. *In Collectionibus Abbatis de Breteville.*

Quantumvis omnes industria nervos homo contenderit, ut suam vitæ rationem in hominum oculis abiconderet, Deus tamen semper ejusdem fuit testis; & hic Deus, qui ejusdem quoque Judex est, eam omnibus hominibus palam aperiet; omneque, secretissimas etiam, intentiones, necnon levissimas circumstantias proluxa enumeratione, in qua nihil prætermittitur, manifestabit. Tunc agnoscentur falli Christiani, qui seipso nequaquam mortificant, nisi ut melius aliquam voluptatem percipiant, vel ut penam aliquam vitent. Tunc detegetur nefarii hominis perfidia, qui contra sanctissimas naturæ, atque conscientie leges, rei suæ optimos amicos, devotissimos sibi consanguineos, & quidquid in terris sacraus est, possibit. Explicabuntur omnes ambages callidi hominis, qui externam humilitatis speciem mutat, ut se ipsum attollat, & evehat. Videbuntur perditiones, & abominations, quæ homines fecellerunt; & quedam veluti fiet cordium omnium anatome: *Manifestabit consilia cordium;* & sub integumento sistet generositatis mendaciam amatorum, falsæ probitatis hypocritarum, simularæ moderations sapientum saculi tetra detegetur perfidia, deservibilis impietas, furor & ultio diabolica. Opprobrium, & confusio neque ipsa aternitate delenda. *Opprobrium sempiternum,* ait Propheta. *Pater Doceat in libro, cui titulus: Mandata a se ipso damnata.*

Quæcumque necessitas nos ad universale iudicium compellat, nostrum tamen est efficere ne pro nobis iudicium hoc fiat: *Si nosmetipsos dissimulaverimus, Sanctus Paulus ait, non utique judicemur,* videlicet si bona fide nosmet vellemus excutere secundum exigua illa, quæ nobis suppetunt lumina ac insonant clamulorum accusare, & pro scelerum nostrorum magnitudine, vel potius pro magnitudine contritionis nostræ in nosmetipsos animadvertere, hanc scelerum nostrorum manifestationem, hanc diligetissimam perquisitionem, qua Deus minimas etiam cogitationes nostras in lucem proferet, evitarem; nosmet tueretur ad ira iudicis, qui nullam habebit rationem

Humanum cor, Auditores, & probe notis, & Scriptura testatur, profundus est Oceanus, impenetrabilis habens voragine, & abyssos; abicondita habet monstra, quæ super aquarum faciem non videntur. Proh Deus! quæ sunt in hoc pelago, quæ ignorantur! Sed extremo iudicii die, cum cordium nostrorum secreta in lucem afferentur, crederetisne, Sanctus Joannes inquit, Oceanum

Quid vobis proderunt artes, quibus utimini, ut fucio quodam injustitiis vestras liniatis, hæ tenebræ, quas conqueritis, ut in vestris impudicitiis volutemini; hæ solitudines ubi a semine videri putatis? Omnia in apricum, omnia in lucem profertur; quod confessorio vestro aperite non audietis, & quod vobismetipsos dicere, vos pudet; non solum Judex vobis ob oculos statuet, verum etiam omnibus hominibus videndum proponet. Quæ tunc erit confusio vestra, quæ pudor! De la Volpiere, Sermon de iudicio.

nem talentorum, vel qualitatis personarum, qui nihil ignorebit, & qui nemini ignoscat. *Pater de la Colombe Sermon primo de iudicio.*
Revelabo turpitudinem tuam, inquit Dominus, ex eam te magnis hinc titulis, omnemque hanc inanem aulam speciem, ac in tua nuditate videberis. Ostendam universi terrarum orbis ignominiam tuam. Totum studium tuum in hoc positum fuit, ut videretis, quod non eras, & quod esse debebas; atque tunc dolor tuus erit, videri quæ fraudes hominis illius, qui inanem ostentabat probitatem; turpia, & improba facta illius; qui se generosum esse iactitabat, obsecras illius foemina prostitutions, quæ adeo pudica videbatur; myseria iniquitatis illius, qui ex pietate sua iudicium quaerebat. *Pater Nepveu in libro Christianorum Considerationum Tomo 2.*

Siturpe commercium multieris, quæ pudica videatur, & quæ extrinsecus speciem virtutis gerit; si impudicitiam, quoniam tanta celat arte, ut neque Confessorio suo illam audeat fateri, eamque sibi nescit abicondere velite, agnosceretur a viro, qui illam habet in pretio, ejusque virtutem plurimum quæ, quinam esset rubor illius, quæ desperatio! Sed si hoc universi innotesceret civitati, & quæ apud omnes constanti examinatione fruebatur, generaliter subiret infamiam, fieretque scandalum, atque opprobrium ejus Provincie, cuius videbatur exemplum, licet illi exigua superesset boni nominis cura, tantum ne ferre dedecus possent! Quinam igitur erit iudicii die pudor peccatoris, quod fiet totius mundi spectaculum, cum omnia scelera, omnia opera tenebrarum in totius Mundi facie revelabuntur; cum omnes hominum, omneque Angelorum, & Dei ipsius oculi in illum converti secretissimos conscientie illius sinus intuebuntur, ibique turpissima ejusdem crimina legent; cum subsinebit iudicium, quod de ipso creata opum ferent, atque se videbit non contemptus solum, verum etiam execrationis obiectum? Illius, quem in pretio habemus contemptum agerrime patimur, quomodo vero universale hoc opprobrium poterimus sustinere? *Idem.*

Non desit quomodo coram hominibus, peccata nostra celestem, imminuamus, excusamus; & sperem etiam ita illa dissimulamus, ut pro virtutibus habeantur. Ita coram Deo nocentes, innocentes sinus coram hominibus, quorum existimationem fallere contigit. Inanes species, callide dissimulationes, hypocritæ versutis nobis diudivum facere poterit, ea favente caligine, in qua ultro versamur; sed magno revelationis die non ultra nos decipietis. Fides adesse, quæ docet nobis omnibus prosequendum esse ad supremi iudicis tribunal, ibi operum nostrorum vel præmium, vel penam receperunt, docet quoque hæ eadem opera in lucem esse proferenda, ut unusquisque agnoscat qualis est in corde suo, & ne virtutis persona vitium abuti possit ad injustos honores accipendos. Suspendite, mortales, judicia vestra, donec non nisi ex male tunc speciebus iudicium ferre poteritis, donec periculum adest, ne virtutum cum vitio confunderitis illi injuriarum inferatis, donec licet ingenti vestri acuminis detegere possitis, quidquid vobis abiconditur, plura tamen celamini, quam quæ aperte possitis. Adveniet tempus, quo sine temeritate, atque vosmet decipiendi periculo in abditissimis cordium fecibus scrutari poteritis non actiones solum, quas irritio laborate detegere contenditis, verum etiam cogitationes, atque consilia, quæ vobis ab illo aperientur, cui nihil abditum est, nihil occultum. *Pater Aureliensis Sermon de iudicio.*

Aliquantisper terribili hinc veritate vacate: Omnia peccata mea aliquando palam universo humano generi revelanda sunt: Quæ scelera commisi, quæ neque amicorum meorum maxime necessariorum nota esse velim? Quot es autem, quæ agre proli Confessorio, a quo ignorabat, & qui divinis, humanique legis secretum servare iubebatur? Quot, quorum examen ego quoque perhorruis, & quæ dissimulare conatus sum? Quid erit, cum audiam turpia hæc facinora in totius mundi faciem pronunciari? Quid cum omnes intelligent me improbum, scelestumque fuisse, atque præclara prohibitis specie adeo enormia scelera commisisse? Quid, cum omnes agnoscant me sacrilegum esse, atque hypocritam, qui pietatem simulavi

Hoddy Bibl. Tom. II.

ut impune peccarem? Quid cum omnibus exploratum fiet flagitiosissimum vivendi genus, quod feceris tam; atque deprehendat unusquisque me delicta cellisse. *Idem.*

Inde vero maximi doloris, ac pæne accessio fiet reprobis in extremo iudicio, cum signum illud intuebuntur, de quo loquitur Jesus Christus: *Tunc parabit signum Filii hominis.* Signum hoc iuxta Patrum omnium interpretationem Crux est; venerabile nostræ salutis instrumentum, fons uberrimus, unde omnes effluerunt gratiæ, quæ post primæ gratiæ iacturam, Adæ concessæ fuerunt; Crux hæc, quæ aliis quidem stultitia fuit, aliis vero scandalum, secundum Apostoli verba, tunc apparebit ut reprobus omnes confundat. Videbunt peccatis suis Filium hominis offensisse. Heu! hæc sane transferri possunt Zachariæ Prophetæ verba, quæ apertis in Sando Joanne Evangelista leguntur: *Videbunt in quos transfecerunt;* cogenit oculos in illum figere, quem per inhumanissimum scelus Crucii affixerunt; videbunt crudelia vulnera, quæ eidem intulerunt, saltem gloria vulnerum vestigia, quæ adhuc remanere, intuebuntur. Sed Crux ad speciem tunc illi fatalis erit; hæc facta vulnera olim gratiarum fontes, non erunt amplius nisi testes contra illos producti, & sanguis quem illi effuderunt vehementius, quam sanguis Abel ultionem deposcet, eamque obtinebit. *Pater Masson Presbyter Orator in Sermonibus Adventus.*

Nihil in Bibliis aptius ad terrorem in anima incutendum invenio, quam quod Josephi fratris bus accidit. Vix ingressi fuerant in Aegyptum, cum tamquam exploratores habiti fuere, & tamquam fores in carcerem congesti. Ad iudicis illi pedes rapti sese prosterunt in terram iudicium suam prestolantes, atque ob oculos illud habentes supplicium, quod sibi fuerat intentatum. Illud vero maximum fuit terroris eorum incrementum, atque illos in hæc impulit mentem, ut nullam sibi spem superesse arbitrantur, quod hæc audierunt verba: *Ego sum Joseph frater vester, quem vendidistis.* Quamquam Sanctus hic Patriarcha summa lenitate fratres alloqueretur, nihilominus testatur Scriptura, illos tanto metu fuisse percussos, ut sententiam ulam amiserint: *Non poterunt respondere fratres nimio terrore perterriti.* *Joly, Sermon de iudicio.*

Ira Dei nunquam vel major erit, vel magis universalis quam magna illa iudicii die; Primum quidem illam succedent omnia omnium hominum scelera, quaque seculorum omnium decuria patrata fuere, ita ut ad cumulum ulque sit evasura. Torrenti similis erit, qui paulatim se extendit, atque sensim aquis recens accedentibus tumescens tandem ad eam crevit magnitudinem, ut intra fines suos se ipsum continere non valens, aggeres, & valla dirumpit. Cæterum coram te tamquam in generali theatro prodire videtis nocentes omnes, a quibus furor tuus fuit irritatus; ita ut, eodem momento ea colliger omnia, quæ locorum, temporumque discrimine inter te erant divisa. Denique furorrem ejus magis, magisque excitabit horum nocentium, qui resurrexerunt, intulit. Ante id temporis in animas tantum suam exercuerat justitiam; ipsa damnatorum corpora in sepulcretis contumaciata illius iram evaserant; sed ubi concipiet animas de Inferno, & corpora de Sepulcretis prodentia, tunc in ejus corde lævissima orietur procella. *Brot in Quadragesima Sermon de iudicio.*

Cum hic Universorum Judex ad Tribunal ræpietur iudicandus, solo oculorum conspectu impiam militum manum, quæ ad ipsum capiendum accesserat, fudit, & evertit. Quid porro faciet pro tribunali sedens, cum pro sudore sanguineo, quem tunc effudit, gloria iubar, furorisque fulgura emittet? Ether olim irritatus videns Aleri faciem inter ancille suæ brachia viribus deficiens, cecidit. Heu! quid ergo reprobis faciet, qui in mundi angulo positus scit, hunc extremi iudicii apparatus contra se instituit, procellam hæc in caput suum erupturam cognoscit, & videt te oculus irritari numinis designari tamquam totius levitatis obiectum? *Idem.*

O dies erubescitæ, & confusionis, quæ omnia cordium secreta revelabuntur, & in lucem afferentur! Si peccatum illud, quod tanta cura dissimulavi

Quæ scelera manifestata erunt.